



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRANQUILLINI P.G., *Naenia et epigrammata in obitum perillustris, et admodum reverendi domini Jo. Baptiste Melchiorij, canonici, archidiaconi, scholastici Tridentini, &c.*, Trento, Santo Zanetti, 1639.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op d 103

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/151>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. I. d. 775

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 1959926

D 1959870

Stca

T 1-op d 103

NÆNIA, 14

Et

EPIGRAMMATA

IN OBITVM

PERILLVSTRIS,

ET ADMODVM

REVERENDI

Domini Io: Baptiste Melchiorij, Canonici,
Archidiaconi, Scholastici
Tridentini, &c.



Tridenti, Typis Sancti Zanetti, Impressoris Episcopalis.

Superiorum permissu. 1639.

IN ENIA

EPISCOPALIS

IN OVIUM

PERILLI VSTI

ET AD MORTUUM

REVERENDI

Domini, Jacobi Melchior, Canonici,

Archidiaconi, Residentis

Tribunali, &c.



I pia Progenies Patrem ploravit ademptum,
Anxia continuo corda dolore premens:
Nunc fleat infelix Clerusq; Clorusq; Tridenti;
Iacturamq; suam nocte dieq; gemat:
Quis putet! heu cecidit ridenti Vere, Ligustrum
Veris odoratas quod recreabat opes:

Dum modulantur aues, & tempora læta salutant,
Non intermissis Vrbs gemit hæc lachrimis:

Heu gemit amissum functum cum laude tot annis
Muneribus varijs Officijsq; Virum.

O Tibi Stella nocens Domui vicina Paternæ:

Quale minata malum, perfida, tale tulit:

Illam voluptatem totius substatit Vrbs,

Illecebrasq; Athesis, deliciasq; Chori:

Magna Columna Tui, Vigili Santissime, Templi

Corruit & proprio pondere fracta iacet.

Gemma Sacerdotum rutilis ardentior Astris

Omne decus clarum perdidit omne iubar:

Confractum est Speculum Pactoli purius auro;

Lucidius gemmis Indica terra tuis:

Quæ tot iam lustris moles immota remansit

Humanas contra, Tartareasq; minas:

Heu longi varijs attrita laboribus Ævi,

Et validis mortis motibus icta ruit:

Gentis amor, stirpisque suæ fulcimen honorq;

(Heu dolor) exigua contumulantur humo:

Maiestas ubi clara tui, Mylæ optime, vultus?

Quò deor, ambrosiæ quò cecidere comæ?

Ergone non potuit verborum gratia tanta

Effera secundis flectere Fata notis?

Ergo Pater Vatum qui vitę stam na Phębus
 Protrahit innumeris, hunc periisse finit?
 Ecquis Apollineo medicamine dignior illo?
 Quis coluit tanto Numen honore Sacrum?
 Cui dedit Ingenium placidis magis Artibus aptum
 Calliopea suis, docta Minerva suis?
 Quis meliore gradu conscendit culmina Pindi?
 Ore quis hinc latices vberiore bibit?
 Quod facinus? quę culpa Viri? quo crimine læsit
 Te, medicinalis Phębe repertor opis?
 Si probitas, candorq; tibi sunt inrita cordi
 Ecquis eo melior candidiorq; fuit?
 Si falsa tumidos odis, quis mitior illo?
 Si placet integritas, huius abissas erat.
 Sed quid tale queror? quid perdere verba laboro?
 Quod superis placitum debet id esse ratum.
 Ergo senex venerande bonã potiare quiete,
 Inq; soli gremio dũciter ossa cubent:
 Et Leo qui, Custos datus est fidissimus Arcę,
 Inde lupos rabidos arceat, inde canes.



Dvm Gentilitio mandatur membra sepulcro,
Cuius in amplexu nemo locatus erat;
Intumuit tanto Venerabilis Hospite Tellus,
Letitiæq; dedit plurima signa suæ,
Induit ex omni se parte coloribus albis,
Candoremq; Viri candida Cella notat:
Stella super lapidem dat luminâ clara, leoq;
Exilit in varios ora mouere modos.
Si dedit hos plausus Tumulus pro Corpore, quales
Pro varijs animæ Dotibus Astra dabunt;



Soluere Naturæ cum debita Parca iuberet
Præbyterum, clara Nobilitate fatum;
Annuit ille lubens, hoc vnum feruidus orans,
Ut liceat Tumulum constituisse sibi:
Admisit fera Diua preces, indultaq; vita est,
Donec in Æde Sacra Cellula structa foret:
O quibus is linguæ debet præcellere donis,
In sua qui mortem flectere vota potest.



Fertur odoriferis flagrare vaporibus Arca,
Quæ modo Defuncti continet ossa Viri:
O Hæres lætare, recens odor vsq; manebit,
Huncq; ministrabunt ossibus ossa suis.



RVra Palestine cupiens inuisere Terræ,
Et cruce conspicui Montis adire iugum;
Hinc, loca miratus conspersa cruore Tonantis,
Mille salutiferæ soluere vota trabi:
Corporis exuias, onerosaq; membra reliquit,
Spiritus vt liber mole grauante foret:
Tunc leuis, atq; celer petijt loca sacra Sionis:
Illâ luce adiit quæ sine luce fuit.



Sæpe vices voluens sine lege volubilis Orbis,
Quæq; manent omnes post sua Fata homines,
Singula sollicita scrutatus mente, libellum
Scripsit & hic vitæ continet acta suæ.
Iudicium timeat! rationem reddit abundè,
Qui data, qui fidâ mente recepta notat.



Tempore quo Solyma De* est ppeffus in Vrbe
In cruce mille cruces in nece mille neces,
Mystra Tridentina, correptus febribus, ora
Mille graues morbos, mille pericla tulit:
Et tandem, exhausto vitali humore, remisit
Ad superos animam, venerat vnde prius

Et veluti

Et veluti Christi mandantur membra Sepulcro
Passa nouo, Tumulo sic iacet iste nouo:
Quid superest igitur Pasche nisi luce resurgat:
Cumq; suo, Victor, Scandat in Astra Duce?



Qui vigil ante fores steterat Leo cãdidus, idem
Est pius ad Tumuli saxa secutus Herum:
Saxa fidem mirata feræ, mollita repente
In proprio gaudent hanc retinere sinu:
Discite mortales pietatem: Saxa feræq;
Vos doceant, homines quando docere negant.




Cum videam stellas cãdenti in marmore fixas,
Quæq; Poli sedes signa Leonis habet;
Autumo vel Cælum marmor, vel Cælica certè
Res, reor, intus inest, Aula vel illa Dei est.




Felle redundantem calicem potauit amaro,
Ut bibat ex illo postea dulce merum,
Hinc tulit hunc Secum, iussitq; in marmore poni:
Dulcia quisquis auct gustet amara priùs.




Terra




Terra dedit corpus, mihi venit spiritus Astris,
Est prece Cęsarea sollicitatus honor:
Omnibus exiguo momento singula reddo,
Et mea sunt tantum parta labore meo.




Mens mihi firma fuit veluti firmissima rupes,
Non prece, non pretio, non labefacta minis:
Nunc ego decedens Sacros, mea Lumina, Fratres,
Hæredes Cupio Mentis habere meæ




Tempora bis octo quę vixi prospera lustris
Quattuor hæc scripsi tempora versiculis:
Hos ego deficiens infigi in marmore iussi,
A sera ut possent Posteritate legi:
Sorte tamen crudę, momento temporis, illos
Perdidit ingluviens temporis, atq; necis.
Forfan opus Cęleste fuit! Cęlestia tecum
Versiculos credo Regna petisse tuos.




Tertia post obitum lux misit ab Æthere rorē,
Vnde satis tandem rura hominesq; bibant:
Hoc Triadis donum est, lachrimis & voce petitam
A Sene, pro Patriæ fertilitate suæ.
Ergo Tridentini memores estote fauoris,
Et cui laudes, & date thura Deo.



Miraris colles, & culmina cana pruinis
Non sat laudati post pia fata senis?
Non potuit tantus retineri candor in Astris,
Hinc effusa fuit copia tanta super:




Nvbibus obductum nullis miraris Olympū,
Perq; dies multos rore carere solum?
Debit, vt credo, fieri purissimus aer,
Per quem tam purus Mystra parabat iter.




Miraris tantis vestita coloribus arua,
Et varias terræ parturientis opes?
Flos tenior Cleri, placida tellure receptus,
Floribus, immenso fœnore, replet agros.


Miraris



Miraris gratos auræ spirantis odores,
Et Zephyrum molli lambere prata sono:
Ore Sacerdotis fumi fluxere tepentes,
Omnia quos celebris fama per ora refert.



Miraris fontes, Athesisq; fluenta, liquores
Exiguos nostrę suppeditare siti?
Illustris Mystę iam dudum conscia mortis
Fletibus immensis hausta fucere prius.



Quisquis auct vacuę præclaros Sedis honores,
Defuncti studeat celebres acquirere mores:
Firmiter hos teneat, nam fallunt sæpæ colores,
Sertaq; non omnes possunt componere flores;
Nec quicumq; canit dulces imitatur olores
Omnia nec placidos conseruant vasa liquores:
Non benè, non docti moderantur Tempa Priores:
Quos faciunt grandes, empti mercede fauores,
Hinc spargunt nocuos famæ deformis odores;
Et faciunt Orbi magnos sine messe labores,
Vnde graues patitur Gens Religiosa dolores.
Hinc procul absistant sine fructu sæpè rigores,
In qui-

Et quicumq; colunt Bacchi, Ventrifq; sorores,
Nec minùs obscænos qui consecantur amores,
Et quicumq; agitant commota bile furores;
Elata pariter versantes mente tumores;
Et qui delicias quærent, & in ore saporés,
Aut non arcentes multa iam luce sopores,
Vel non pellentes generoso corde timores:
Ergo Virtuti cedant Virtute minores.
Ponderet hos versus bis denos quilibet antè,
Quàm petat excelsum Veneradi Culmen honoris.

P. G. Tranquillinus.



P 180 16

Et quia...
Nec miris...
Et quia...
Aut non...
Vid non...
Ego...
Pondus...
Quia...

A. D. 17...



Biblioteca
Comunale

T
I-OP
d
103

TRENTO

NÆNIA, 14

xrite

colorchecker



M50909



MATA

V M

S T R I S,

D V M

D I

hiorij, Canonici,

holaftici

&c.



Tridenti, Typis Sancti Zanetti, Impressoris Episcopalis.

Superiorum permissu. 1639.